

PRÆFATIO

visissimis causis compulsi Heroes, & potentissimi Monarchæ mundi, quos DEVS singulis ætatibus mundi excitavit, inter alia etiam hoc diligenter curarunt, ut harum artium studia in flore conservarentur, & ad posteritatem transmitterentur. Cuius rei ex historijs exempla ut plurima, ita quoque gravissima enumerari queant. Inter alia autem beneficia, pro quibus Saxonica terra DEO æterno patri DOMINI nostri IESU CHRISTI perpetuas gratias debent, non postremo loco ducimus illud, quod in nostris Principibus tum aliarum, tum earundem utilissimarum, & suavisissimarum artium singularem amorem comperimus. Id quod Celsitudinis vestre, Illustrissime & Pientissime Princeps, Domine clementissime, & subiectissimo studio colendissime, exemplo quod mihi per hos pientissimæ administrationis annos observare licuit, prolixè planum & testatum reddere possem. Fecit autem ille Celsitudinis vestre erga eruditissimum Mathematica-